

men haud uidimus, minus autem, clades accepta, quod Christianæ Reipublicæ Imperatoris, contra omnes militum furores, prouidentia factum est.

Nostri ad hæc optime. N. non ex genere formam, neq; extoto partem concludi, sed contra: tu autem ita scribis. *Si homo laeditur, ergo & hominis corpus.* Contra potius agendum est, & ascēdendum, si uelis in murum scandere. Dicitū igit̄ laudarē tale, vitiato alimēto, laeditur corpus, et corpore humano affecto, homo uiolatur. Nā si dicas, laeditur Error homo, ergo corpus. (atque ita scribis) perinde est ac si dicas, offendisti senatū, ergo Tullium uulnerasti. Potest homo affici, non tamen ex eo conficies partem aliquam certam, & singularem laedi. Nisi distinguas, homo uiolatur ergo uel corpus, uel animus.

Præterea scribis, *corpus hominis vitiatur, ergo & animus.* Quæso quis tibi hoc dederit? nam uideo multa morborum genera, in quibus grauiissimè corpus, minimè uerò animus vexatur. Neque ratio ualens est, à materia ad formam ducta, præterquam quod officis tibi ipse, dum aīs, *corpus vi Cometæ elemētari afficitur, animus autē abstrusa vi.* Primū, qualis hæc noua in Cometis oculta uis? Quis eam hactenus ponit? aut si ponit, hanc esse docet? Deinde ecquam tu nosti, actionem virtutis, quam uirtutem minimè cognoscas, non? Nā in magnete aperta est actio. Motus enim à sensu perc pitur. Nos aut scimus animi nostrī affectus esse, cum à corporis temperamento, tum ab imaginib; obiectis, gratis uel ingratiss. Neque à Cometa pulsari, aut moueri leuiter animum, ullo pacto cognoscimus: & ne uel minima quidem suspicione persequi possumus. Quod si dedero tuam istam vim arcanam, dicas amabo te, ubi nam illa hærebit? Cometa extincto, si uelis manere calorem, dabo aliquem disputandi gratia. Recondita uerò facultas, quæ in subiecto ualente viget, quam statues Cometa tam nullo; vultis tamen, anno etiā post octauo, vires in Cometa durare perniciosas. Et que-

G